Languidū te fuisse, quū priores meas scribebas, illa quidē mihi indicium: quam vis exillanū filo, elegantī et tibi simili, ut alias, id nunquā coniecissē. sed vespicies tamen te, immo nos, qui te debes, publicū in quā bonū, et vel eius causa ita studia tractes, ut diu barbare queas. Scimus enim quā in illa ve sis tibi indemens, et quā valetudinē contemnas, o ferrec. Quaero vero ineave respirec, nec ne prode nobis. Mihi sane ὑδετέρως, quamvis id Stagi-rites negat recte dictū, ἔχουσι tua reddita sunt, immo per totā hebdo-madā hanc primo non tā valui, quā male habui. Credo adeo τὸ παραχῶ-δες in causa esse, et quū eo provenire me nemes firmiorē fore. Libellos vestros tandē in ipsis nundinis extrudemus: ubi valde conflictor cū quo-rundam. Quod ad Graecas litteras compendias attinet: adeo ut non raro

et inter nos rit διάκρισις, ubi ego tamen non secus ac patria primatū obtineo. Sed ἡ πάλαι γε ἐκεῖ ὀρθοτροδηβαι ostendit Mihi, et nos quædā vitia aperuli dubio oculis male lippis perridebimus. Cumulant enim plane βλεφαρατωσεμ cū. Capitum videbo ad relegendū ut temporis aliquid sufferam quæri, et siquid adhuc Erratorū videro, nec absunt certe, sub exordio libelli ponā, cū tribus vel quatuor malis coniecturis (quæ interim dū corrigo in mentē venere, πάντα ὑπὸ μίκρ μόκρων. Quod adeo extremus, quid me, qui nec eram, minime nempe credulo, et qui se ipsū non nihil plane iudicare posse putat, nec in tuis nisi eximia multa advertit. De Floro ego quidē gaudeo. Sed cū vere et astate debebas: tu mihi in ipsa hieme βαρυεκβιως nobis prorsus flores. Alias in tuis me ita gessisse videbis, ut nullā causā expostulandi habebis. Sex vel septē variantes lectiones a Sarrino additas, quæ non fuisse videbantur, tuis inseui, sed verbis, quæ vero tuis. Vnius loci corruptelā ultimā in tempore advertimus, quo ei mederi licuisset. Ecce enim in libello περὶ τῆ καθαγιασίας πυρὸς ab ipsius Lugdunensib. in Graeco male tota linea omissa est: nempe ubi narrat quomodo S. Chrysostomo adparuerit B. Paulus: τῶν ἐν τέλει τινα δυσχέρειαν χρηδάμενον, καὶ ὀργῆ πω περιφέρεσθαι βασιλικῆ, τὸν δὲ πρόκλον ὑπαναίξαντα τὴν τῆ δωρεᾶς θύραν τῆ διδασκάλης etc. Ecce hic remisses integer versus, ad rem ū necessarius, sine dubio ab ipsis, quæ sat negligentes alias fuere nec ἔλλειμμα notabiles. Interpres sane integre vertit: quidā e primoribus urbis rebus suis male affectis, quique regiā indignationē incurrerat, nocte ad magnū hunc Ioannē venit, precaturus ut sibi regē placaret. Proclus autē, quū reclusa domunculæ ostio ~~officio~~ etc. Francofurti ū mihi sic ire licebit: malleat enim Marnius

opiras pergere per totas nundinas. Erit tamen tu excurrendū vel per
diculā negotiorū privatorū causa. Clariss. Senatorū officiose saluto,
qui sine dubio aderit, et forte aliquando ad nos huc excurret. Vale
atq; salve mi Salmasi, et tuū Sungermanū, ut facis ama. Deū omni-
potentē ero ut te diu nobis servet. raptim a.d.v.Id. Sept. ↀIↃCXLVIII.
Hanoviæ.

X

Præstantiss. et eruditiss. Juveni C. SALMASIO Gothofredus Sungermanus S.P.D.
Non patiar tamen, Salmasi eximie, te errare de me diutius. Amor quidem
erga te meus et tui venerabio apud me tanta sunt, ut nolim tibi in ipso ini-
tio firmatæ per tuas elegantiss. litteras amicitiæ quasi contradicere. Af-
fectus quoq; proprii, immo communes omnibus ad laudes tā egregias, quas
in me congeris facere queant ut ad illas connivcam. Est enim ut Xena-
phon ait et repetit plinius noster ἡδιστον ἔπαινος ἑτέρου: Venū addit
alter, utiq; si te moveri putes. Id quoq; meditor ego, et quū me ne quidē
moveri unquā persē tā egregia dicta ab te non putē sed vereor scias, nolim
tibi etiā quid erga fraudi. Si enim veni est suo modulo atq; prēde re quemq;
metiri, nolim sane mihi aptari alienū, et qui maiori conveniat. Moveor,
mi eximie Salmasi, pumilionem nanum, si in litteris tobiscū τοῖς ἀγχιδέξιοις
ἀστεργαῖς comparemur. Quid n. putas nos hic posse, ubi ἀπὸ δείλης ἕως
βαθέος ἑσπέρας βαθείαν τὸν ἀχλαένην νύκτα male conciliatti typographo
nū puvi detinuerit, errata erratis adcumulando, ut nunquā queas satis es-
se securus, vel quasi hæc mendorū scabrities satis hac die expurgasse in utramq;
aurē ob eārū dormire? Sane lapidē tibi dari, dū hic fui, operæ meæ haud
quaquā passa sunt me ullū boni colonis auctore mihi parē legere: quod ta-
men ipsorū ingratiis facturē, si illis potuissē tantillū servire operæ. Et tu itaq; inve-
nū elegantiss. q. verecundaris scribere ad me, vulgarū scilicet correctorē li-

brunū, et qui pro tenuitate ingenii et eruditionis vix audeat positive tenuis pulla certe desperat. Quid n. non tibi me aperiā, quē certe sua opinione fallo minime velim. Nec v. leviter saltē cogitare debes, ut referā in te laudes, quas tibi convenire scio. τῷ ἀντῷ sane μέτρῳ facere καὶ λωΐτερον, ἀίκε δυνάμην. sed id virtū nostrarū non est; et laudes eximias ingenii culpa detrevere ἡ θέμις ἐστί. Mittamus itaq; hoc omne, et ad alia, quæ litterarū nostrarū argumentū sint potius, properemus. Eustathii de Ismenio fabulā amoenissimā adhuc mittā lubens primū ac mihi certa occasio mittendi offeratur. Sunt mss. duo Augustani: et tertius a Cunctore τῷ πάνυ nostro mihi donatus. Accedit quartus raro varians eleganti manu scriptus, ex quo perquā exactus e Thuani vestri Bibliotheca cū Achille Tatio plenior longe quā est editus et correctior. Ipse Eustathiū meā manu descripsi variis vitiosis interlitis quibus inscriberetur versio Latina. Mittā illū quoq; qui prelis inservire potest. Conquirā et alia quæ super sunt autore ipsius nomine eruditi viri exquirenti responsa dedere varia. Rigaltii nomine promisit Casaubonus certe plura e mss. regiis: sed dubito annū est, quod nihil vidimus. Valde v. gaudeo de Prodromi Rodanthes, gaudebit et heros noster Scaliger, qui hoc ægrit tā ante biennium. Vidi n. ipse ms. illū Palatinū, et contritis vocabulis, tenuiculiq; manu difficili et δυσαναγνώστῳ descriptus vetustissimi: quamvis illustriss. Scaliger animū adderet, scribens diligentia et assiduitate omne tandē id fore facile. Incipiebā sane Heidelbergā transferre Eustathiū: sed omne idiū ἱστορίᾳ incumbere iussi: hic certe ne adspexi quidē amplius: adeo se omnes amoenitates amæ in hoc statu ἱστορικοῦ. De Anthologia diu est quod ex litteris mei patroni amplissi-

Lingelsheimii cognovi illa εὐαγγέλια: iunctaq; tecū senui et sentio de plano, cui non omnia fuere plana. Credo tamen detenitū et lasciuia carminū. Sed quid? Faciamus vel invitis illis inficetiss. castratoribus bonorū autor, ut rumpantur illa patrū impudentia. Si non illi inciderint in hæc carmina, antequā publicentur, actū erit, illicet. Sed Stephano tuo quid tandē fiet? Quæso fac ad hiemē habeamus; quū prius nobis non vacet. Va her reip. litterariæ, quā ἔγωγε γηράσκειν video illius auctoris, et vel paciscere cū typographo non ex animi tui sententia pereas. Diligentia tamen mea in corrigendo, τάυτη πεύσεται τὰ πρόσφορα χρεοκόπαν, et in quacunq; fa-nere eā tibi usui esse posse putaveris. τότ' ἂν γάρ. Dabo certe operā, ne te opera mea pœniteat; huicq; negotio præterita ante omnia, ut mendas, quas typographorū sollemnis incuria hodiq; fundere solet, expiem tuū opus prodeat. Cui non bono nostru diligi invigilamus et βδέλυκτα e bonis auctoribus exturbamus, si alius turbo mendarū a typographo ingruat deinde? Nec immemor eris, quod per C. Tacitarū olim monui, Scylacis Cariandeni, Martiani Heracl. etc. si veritatē tua illustrioris quærant Stephano addi. Bonū factū id putant Welserus et Scaliger et Hoschelius: accedit et auctor opt. Bongarsius, qui id nuperrime ad me perscripsit. Sed charta mea deficit, et tenuitate diutius meis impolitiis, quas ignoscas, et me ideo amare tuo, quē erga me capisti, non ducas indignū: quod me operari iubet tua humanitas. Vale atq; salve eximie Salmasi. raptim e typographio Wechseliano Hanoviæ Ipsis Kal. Mai. 604.

Hs. 987

II (7 A 21)

brief van N.N. aan h^r du Plessis

93115 93119 93444 93451 93478* 93829 93947
93987 94008 94072 94076 94259 94469 94522
94545 94852 94898* 94905 95001 95214 95465 95479
95598 95657 95804 95967 95972 95975 95994
96183 96243 96267 96281 96520 96603
96638 96643 96645 96683 96839* 96881
97130 97220 97241 97256* 97535 97550
97584 97634 97676 98007 98117 98212
98240 98267 98426 98540 98566 98687
98746 98836 99062 99122 99238 99460
99737 99813 100077 100094 100347 100380
100427 100463 100483 100546 101080 101157
101162 101264 101454 101475 101483 101507
101945 101962 102071 102262 102302 102398
102399 102745 102751 102770 103200 103389
103437 103479 103627* 103698 104179 104394
104772 104989 105014 105291 105584 105774
105936 105957 106567* 106628 106676 106713
106818 106930 106975 107014 107551 107584
107683 107771 107836 107892 107957 107959
107985 108077 108172 108239 108308 108399
108430 108541 108710 108734 108805 108901
108920 108950 108951 109063 109073 109121
109160 109166 109204 109207 109361 109678
109722 109974 110038 110054 110103 110259
110569 110655 110839 110856 110911 110960
111032 111172 111233 111263 111420 111500
111502 111767 111826 112095 112300 112312
112328 112348 112350 112656 112682* 112775
112785 112808 112813 112817 112831 112912
112925 113127 113135 113331 113397 113613*
113658 113664 113774 113878 113892 114049
114163 114176 114197 114344 114352
114362 114501 114544 114646 114735
115114 115255 115259 115379 115392
115394 115400 115660 115671 115687
115775* 115881 115883 115903 115924
115965 115993 115997 116111 116210
116221 116380 116485 116536 116571
116758 116928 117038 117039 117132
117135 117284 117419 117482 117580
117587 117605 117635 117639 117737
117767 117852 117936 118041 118043
118132 118331 118380 118430 118555
118591 118694 118756 119035 119160

156068 156181 156397 156461 156496 156
156597 156620 156631 156652 156685 1566
156699 156775 157002 157236 157363 1573
157409 157571 157692 157697 157727 1579
158071 158120 158260 158262 158409 1584
158513 158714 158802 158910 159067 1570
159084 159095* 159110 159148 159204 1593
159398 159399 159463 149551 159699 1598
159854 159898 154924 160056 160128 1603
160414 160463* 169525 160528 160531 1605
160705 160763 160850 160947 160960 1610
161082 161095 161331 161343 161354 1613
161479 161541 161608 161640 161760 1617
161805 161912 161928 162027 1622
162288 162502 162513 162647 1628
162879 163208* 163321 163331 163395 1634
163450 163459 163471 163670 163792 1637
163796 163853 163885 163954 163965 1640
164092 164190 164252 164471 164759 1648
164869 164887 164909 164984 165216 1652
165638 165703 165707 165763 165855 1660
166135 166182 166235 166264 1663
166407 166590 166713 166923 1672
167281 167282 167312 167394 167448*
167474 267741 167817 167908 167911 1679
167988 168405 168409* 168454 168513 1685
168559 168694 168883 169008 169102 1691
169182 169227 169275 169434 169523 1695
169560 169588 169591 169752 169877 1699
169969 170128 170276 170279 170368 170464*
170499 170800 170860 171216 171219 1712
171267 171371 171528 171596 171614 1717
171797 171823 171831 172003 172012 1720
172085* 172165 172228 172439 172560 1726
172739 172765 172804 172811 172828 1728
172908 173001 173043 173227 173325 1734
173443 173453 173652 173692 173739 1737
173837 174034 174079 174102 174375 1744
174436 174459 174451 174476 174536 1747
174803 174882 175204 175216 175248 1752
175442 175534 175787 175823 175824 1758
176052 176100 176149 176444 1764
176544 176572 176578 176613 1767
176760 177786 176790 176851 1769
176920 176994 177037 176057 1761

Je Suis fort aise que vous soies a bibi et demain
encor comme nous estes cest pour vne bien vous
ne pouuez manquer si vous auez Lesprit de vous
faire gouter a m^r de brigi en bapadier pour le Roi
en pouloigne la farine est courte et de meme
nom de jaunaise que vn Sien il sort de ceans
pour aler a la haie et passe en france cest ce
qui me faict vous escrire Succinctement
afin que vous ne manquies aincontinant la pesante
veue de le chercher par tous les ostelliers de
la haie car je lui ai dit que vous lui yriez
faire la reuerance et lui offrir vne Seruice enuers
de vous aider et de ni pas manquer rendez
vous si cautre cetin nitidant de la Raine de Suede
est alee vn coup je nai pas le temps de
vous en dire dauantage Le Samedi a vnze heures

il ne faut point lui parler de reuerance ni
rien sinon que vous lui aies fait la reuerance
ainsi a prins quil estoit la il vient de Suede
vous apprendrez de nouuelle de gudet qui lui
a faict compagnie par tout en Suede

A Monsieur

citō citō citō Mr du plessis
Sage de La Majesté
la Raine de Boueme
a la haie

27 – 28 abc

Hs. 987

II (7 A 21)

. Brief van Is. Casaubonus aan Seb. Tengnagel
. 3 Briefffragmenten van Janus Gruterus aan Seb. Tengnagel

ep. edita.

Isaacus Casaubonus Sebastiano Tegrajelo S.P. Utinam vir praestantissime, quanta mihi est cupiditas tecum per literas de communibus studijs confabulandi, tanta semper istuc meas mittendi esset occasio. non committeres mihi crede, ut meam in hoc officij genere fidem aut diligentiam posses unquā desiderare. Nam ut primum tuas legi, tam exquisitae eruditionis refertas notis, tanta adversum me benevolentiā indices, mirabili statim cupiditate sum incensus, maxime quidem, si fieri posset, tui videndi et amplectendi: aut certe quae id fieri non potest, sermones tecum quam sapissime serendi. Quod si alia extra ordinem non se offerat ejus praestandi facultas: bis tamen in anno per commeantes mercatores ad Francofordienses nundinas id fieri posse puto, nisi emor. Equidem segnis aut lentus hac in parte non sum futurus. neque si velim esse mihi licet. habeo enim hujus officij assiduē admonitorem et exactorē severum amorem dico ingentem, sinceram, et candidum, quo te prosequar. Te oro eodem studio me amplectere, quo ipse porro semper, dum spiritus hos reget artus, erga te fore me sancte tibi polliceor. De proverbijs Arabicis sic habe: Descripsi cum libellum mihi e codice Roma in hanc urbem allato. postea quia frequenter me tergerimus Scaliger cum libellum se recepturum recepisset curavi e meo exemplari alterius causa describi. quo minusculo vir ingenuus non parum, sed et delectatus. Nisi essem nunc impeditissimus et sexcentis curis varie distractus, aut omnia aut eorum partem tibi describerem. Sunt enim quaedam in his oppido venusta: quorum copiam tibi fieri si cupis, ἔρρωσο μὴ κατ' ἐμοῦ. ego ubi primum aliquod otij fuero nactus, voluntati hac morem gerere conabor. Nos quod ingenue fatemur, ad haec studia colenda non voluntatem nobis deesse verum otium. nam quum pars magna temporis in hac occupatissima ohoforum hominum matre, Lutetiam dico, ab amicis nobis quotidie cum lacrimis et gemitu nostro eripiatur, succisiva omnia alijs studijs cogimur impendere. Cepimus lepidum nobis

colexere. Atsi etiam eramus Geographiam Arabicam Romæ editam facere
Latinam. posuimus et in Arzenna aliquico temporis. sed ubi socium laborū
ysthorā amissimus, adolescentem Flessingensem, ad miraculum usq in his literis
versatum, spes nostræ retro ceperunt labi: neq ad hæc opportunum tempus
indipisci potuimus, sitis hujus nostræ explendæ. Vtinā propius abessemus.
haberes me discipulum, ut quondam ô meæxpiens juvenis Flessingensis.
cujus meminisse absq suspiritibus non possum neq unquā potero. Habeo
fere magna cum comparata præsidia non incepta ad hoc meæptum, si quæ
quod puto perficiendi unquam futura est facultas. Ἀλλὰ τοῦδε μὲν θεὸς
ἐν χερσὶ κεῖται. Tu vir præstantissime, si otio abundas, derelictam ab alys
provinciā honestissimam capesse, et de literis ac literatis bene mereri aggredere.
Quod me hortaris, ut quorundam improborū contumelias asperner, qui fine caus-
sa nomen nostrū arrodunt: ego vero ex facilibus ante fronte mea, et nunc hactē
lubentius et constantius faciam, quo ita placet tibi. Spero equidem ita me
vixisse hactenus (Iuvat Deo sit O.M.) ita stilū temperasse, ut si bonorū
studia promerēri non potuerim, odium certe cujusquā meritus non sim. Vti
qui tam malevole de nostris Libellis sentiunt, et imperitos Grammaticos
nos vocant, si quibus in studys vitæ multo majorem partē posuerimus sci-
rent, aliter fortasse pronuntiarent. Quamquā quid ego agi mihi? Nam
odeam ab imprudentissimis illis nebulonibus, qui bonis omnibus obtre-
ctare gloriosum ducunt? Sed cave mordaceæ mitto teq tenerum ocu-
lum doctissime, ut quē semel tua benevolentia dignum judicasti, posthac
etiā amare redamantem, dyspate contendentem, velis. Deus te servet.
Vale. Lutetiæ Parisiorū XV kal. Apr. ἀπὸ τοῦ ἐν Σάρδεσι οἰκοδομεῖσθαι
ἔτους CIↃ IↃ CVII.

Præstantiæ eruditionis Viro Sebastiano Tengnagelio Belgæ.
Cæsareæ bibliothecæ Curatori, amico plurimū observando

Vermū

Uh cal. mi Tegnag. mundum me habuerunt.

Grotius ad Tegnagelium: Hemsius nimis quam heic est moffensus: imo nihil vidi illo homine inhumanius: adeo nunquam respondet ad epistolam quaestu. Hadelberga 27 Septembr. 1611.

S. P. Amplissime Dñe Tegnageli, Doe atq amice comme: Multum mihi ab epistola tua solatij est. Hemsium Meursiumq puto adhuc in vivis: nam ea fuit gratiositate ut me ranissime murfant per epistolas, nisi tantum non coacti. Forte brevi mihi scripturus Hemsius, facilius se excusem S. Marci a Senatu Veneto: credo mentio ad dedicationem Italicae per Cluverii editi, nuperq forte tempus defunctis. . . . posuerit. D. Michaelis Luciani 1625 Brettae.

S. P. Mi Tegnageli. Quod attinet ad Arabem nostrum, quaso ne hic mihi moneberis etc: De eis quae petis ab Hemsio, nihil tibi certo polliceri possum: adeo ipse est ab omni politeia nescio quomodo alienissimus. Scripsi enim octies novies eidem de [illegible] momenti non nihili: neq tamen unquam respondit, quamvis crebrius literis me invisent. Sed et pa[illegible]sperius est, quod ab eo petii Catalogum librorum Arabicorum q fuere Scaligeri, neq sacsterum quicquam optines: cum interim in epistola mea pera discede Sembas, sese mihi eum mitti mittere. Quia et librum alium ab eodem petieram pro Christmanno, quem nec dum impetro. Literis q dudum ante annum scriptis indicabat, nihil se posse sine mandato Curatorum Academiae: at in aliis epistolis deinde tacet de toto negotio: adeo ut mihi persuadeam, neq mea neq cujusquam studium aliquid impetraturum ab eis boues. Veniat tibi in mentem carmen praesepe. Scribam tibi propediem de tua lauream ad Hemsium, tum ad unum e Curatoribus amicum veterem. Interea vale . . . Francof. die secunda a Paschate 1611.

29-32

Hs. 987

II (7A21)

4 brieven van Petrus Cunaeus aan Caspar Barlaeus

clarissimo viro D. Casparo Barlæo, cognato

Petrus Cunæus S. D.

188.

(249) + Literas tuas, cognatorum amicissime, superiore martis die reddidit mihi Bastingius, quibus mihi significas te Dordraci fuisse à D. Catsio atqs ab alijs proceribus bene benignèqs exceptum. Ego id ante ex alijs intellexeram, ac miratus etiam fui non licuisse nobis te vel euntem vel redeuntem videre. Vtiqs non debebas inter tot magna nomina eorum, qui nunc tuam consuetudinem expetunt, aspernari mediocritatem veteris amici. vel illud ipsum, quod de adventu filiæ tuæ Adrianæ, ac eius, quæ natu proxima est, nobis scripseras, cur non procedit? ~~Falleris~~ fallenis, vehementer, si minus nobis gratas et iucundas eas fore credis. Quare te rogamus ut veniant. Vincentius Fabricius epistola sua, quam Hamburgo XVII huius mensis ad me dedit, Dominum Grotium abijsse Francofurtum scribit: sed addit nescire adhuc familiares eius utrum reversurus aut quando sit: ac epistolam eius exspectare quotidie. Ea res facit ut dubitem quid de legatione illa ad Gallicæ regem credi oporteat. Certè omnes boni virum eum summum tanto honore dignissimum indicant; ac tu mecum scio, hunc illi exoptas. Vale, cognate carissime, et uxorem tuam liberosqs saluta: atqs item Cl. Vossium, et præstantissimum D. Vickevortium. Lugduni Batavor. 25 Junij 1634.

Peto à Te, ut D. Joanni Carbino, meæ cognato, omnia amicitiæ officia repræsentes. Etsi enim quædam sunt, quæ tibi displiceant, et ego non probo, tamen, ut tibi scribo, vir est optimus et auditissimus. Iterum vale.

191. (252) + ad literas, quas à D. Barlæo Calendis Septembris scriptas accepi tertio iterum mensis, respondi inter ratus,

Gratias tibi ago, quod officia tua tam animè offers suscipiendi è sacro labarro infantis, cui aliquando meæ manu parietem non sum ab, qui tibi id negare vel possim vel debeam. Sed ubi tempus erit, ad te de re ad te perscribam. Nunc is finem.

Epithalamia tua in nuptias ~~regis~~ Principis Daniæ, quæ scribis, exspectabo. Non potuit aliud genus carminis reperiri, quo magis nos faceres. omnes existimabunt te meo indicio posse in transferre ἐἰς τὴν ποίησιν, quam in Ostrogothis suis tantopere commendat Aristoteles tuus. Vale. Lugd. Batavor. 18 Augusti 634

200.

(262)

Clarissimo viro D. Casparo Barlaeo Cognato suo,

Petrus Cunaeus S.D.

Ex literis tuis, cognatorum clarissime, quas ad XI superioris mensis accepi, illud commodi ad me redundabit, quod non tantum iocoso argumento inter summos dolores meos vehementer recreatus sim, sed etiam ex illis ipsis salubus multa seria valetudinis tuendae praecepta selegerim, quae mihi accuratissimo ~~tempestatum~~ et dicto custodi praeesse deinceps poterunt. Video ingenium tuum et insitatam animi indolem ubique elucere, sive ludos tibi agere, sive res tractare graves lubeat. ~~Ex omnibus praeceptis~~ Ex omnibus praeceptis, quae mihi dictabisti, nihil aeque in hac hyemis inclementia secutus sum, quam quod diligenter foco adsederim. Non semel autem dolui vicem tuam, quod tam seva tempestate omittere lectionum publicarum munia, atque Academia nostra exemplum sequi tibi non licuerit. Scio id collegae tuo imputandum esse, qui malo more malo exemplo sibi tibique et successoribus vestris aufert illud ius, quod nunquam vobis negabisset magistratuum Amsterodamensium summa aequanimitas humanitasque. Ex quo tempore nuper ad te scripsi, imo iam ante, ex quo filium carissimum amisi, prospera omnes et singuli valetudine usi sumus, idque totum, quantumcunque est, divinae gratiae et benignitati acceptum ferimus. Quaeso ut has literas D. Corbino, cognato meo, tradi cures. Scripsit is mihi mirum in modum id sibi tibique cordi esse ut magistratui Amsterodamensi a nobilis. D. Heyusio atque a me commendetur Ryckewardus vester. Quod non grande ferimus, ut ex literis ad D. Grotenhuysium, quas apertas reliquimus, ut mox claudantur, perspicere poteritis. Salutamus te, uxorem que ego, uxor liberique omnes. Etiam tibi ex animo salutem adscribi voluit nobilis. D. Heyusius. Vale. Lugd. Bat. 6. februarii 1635.

(265)

203.

Clarissimo viro D. Casparo Barlaeo, Cognato suo, Petrus Cunaeus S.D.

Clarissime Cognatorum, iam octavus dies est, ex quo postremis literis tuis respondi; ac rogatu D. Corvini ad praetorem vestrum Grotenhuysium scripsi cum D. Heyusio quae ad promovendam Ryckewardi causam pertinebant. Quae puto vobis non displicuisse, si ea, ut legenda vobis transmisi, inspexistis. Rogo ut veniam mihi des, si summo dolore dejectus consternatusque epistolam paucis finiero. Hodie inter quartam et quintam horam matutinam nutrix infanti nostro, quem ex sacro lavacro suscepisti, cum altius obdormivisset, intercluso brachiorum compressu spiritum extinxit, maximamque culpam ac socordiam suam multis lachrymis, multoque gemitu deprecata, ex aedibus nostris abiit. Acceserunt calentia adhuc et lucentia puerulo vicini omnes et amici, ac funestum casum dolent nobiscum lugentque. Salutamus te omnes, uxor, liberique, ac etiam D. Arminii vidua. Plura non possum. Vale vir amicissime. Lugd. Bat. 14 februarii 1635

Hs. 987

II (7A 21)

Brief van Gottfried Jungermann aan Scipio Gentilis

edita inter Gudian. XXX. p 360.

V. ampliss. Dn Scipioni Gentili S. P. D.

Iterum itaq conquerendum de literis, vel potius earum latoribus, qui
non curant vel sero curant. Tua enim ultime, date secunda die
septembr, ut ex subscriptione adgnosco, octava ejusdem mensis mihi
redditæ fuerunt, quum jam die antecedenti tui comm. a Prelo
essent absoluti et Francofurtum ad Charnium transvecti, adeo
ut re non amplius integra minime illos defectus supplere potuerim.
Sed tuæ mehercule ultimæ nisi non moram duxerint in via;
meas vero qui tulit accusandus est, cujus tarda opera tam ad te
pervenerunt. Fuit vero ille defectus ipsissimus in Ciceronem, quem
petivi aliquoties: et literas istas quibus jam antea supplevisse
te dicis, periisse scias. ego sane illas non vidi. Literarum
sic rem gessit fortè nimis tenere, fussi totam periodum illam:
quibus sane consentit et etc. vos ad Martialis omissi. Nec enim
ex tui animi sententia opus in nundinas protrahi amplius putavi
posse, nimo hæc consultum id erat, ne pueri Galeas desiderent,
ut solent cum nundinis, eum te redieculam ulterius obligatos
norint: nihil Charnius id primum nundinarum hebdomade la-
buisset, eè ipsius plane non fuisset. Ceterum, mi Ampl. Dn.
amice et patrone magne, nil me tam male habet, dicam enim
verba, ut res est, quam quod semper metuis ne mihi te molesto.
Ita enim rursus ais, te ideo dolere, et ut ignoscam petis. Tam
vero amet, erubesco nimis ad hæc verba: quam præsertim sciam
quam nihili illa sint quæ in tuis præstiti, nimo non præstiti: et
mihi nihil gratius posse accidere, quam si vel innuas qua te tibi
gratum opellam navare possim. quod profecto a nobis, tenue quibus
ingenium et eruditionis cuita supellex, ut optas, ita exoptari
non potest; nisi indicetis ipsi, ita opes nostræ sunt exiguæ. Utere
itaq tuo jure semper nostro pro libitu, hi illum modo gaudeamus
et voluptate repleri, de exemplis mittendis et describendis
quæ mandas, excerpi et Charnio nuncupare jussi. Oculi
enim valetudo mala, cui adhuc medeciudam facio,
mihi Francofurtum ire vix permittet, nisi vero et quum
quum jam nundinæ ad finem spectabunt. De Bongarsio
Francofurtum salvus jam pervenit. in præfatione tua ad ipsum
ea, sicut voluisti reposui. Spero alias titulum et quæ sunt præce-
dunt ita curata, ut tolerari queant. Testimoniorum sane de Apulejo
singulorum titulos mandaveram minoribus literis adornari; sed solenni
more nostri festinabant eo magis eo magis, quod nundinæ jam
advenerant. De indicibus ultimam tibi fortem non improbatis;
in quibus etiam omnia omisi. In [illegible] epistolarum
dationibus pulcra mihi placuit magis, quam illa de fanatico.
Quod ad D. Stock attinet, ea de re scripsi ad Charnium, fuisse
me fassum illum habere exemplar Sojæ Donelli perfectum,
et quamvis ille effet me fuisse ingratum, quidq. Charnius habeat in
animo. Rescripsit ille inter alia hæc tantum. Ille Doctor Stock ante

aliquot menses mihi scripsit de defectu in Donello quem Dn Scipioni Gentili misi, de quibus vel ex aliis rebus Lectum cum in mendis conferre volo. Ita enim verba Latine sonant quae mihi Germanice perscripsit. Caeterum ut tandem ad illud veniam quod scribis te Rittershusio meo quod sollicitos ob functionis nece incommoditatem, vellet vobiscum esse loco honesto. Si non fui a professione alienus, vos ideo cogitabam et conabamur: quas tibi grates agam, mi simplex non opus est. Quamvis enim satis honesto stipendio fruar apud Marnium tamen laborum nimia est moles, quae nullam relationem admisit omnemque valetudinem negligere cogit. quod diu fere facere solco. Accedit hoc quod ita penitus abstractus a juvenilibus studiis utriusque linguae et bonis auctoribus versandis, quum tamen ne unicae in votis habeo, si talem quietem et otium nanciscar possem quod illis tranquille tribuerem, etiam enim abs literis nihil mortis revereor. Utut tamen sit non facile avelli me patiar a loco ubi semel assuevi: nisi oculorum πάθος etiam accederet, et Lingelsheimius meus (cui id hactenus occultavi, reseriam vero per alium) mihi mulcandi seria, num me velim perdere. Variis quidem modis, ultra biennium hic commoratus expertus fui, an labores mei minui possent, quum me invito deo amici erga Marnium obsequerent, quasi me onerarent nimis, suscepi ita primum duo prela, dein per aliquot tempus tria, mox unum cum dimidio, dein tantummodum in illo difficili concordantiarum Graecarum et Hebraicarum veteris Test. cum paucis aliis restitui per hasce tenebras si me pergant, unico prelo saltem inservire. Sed varia simulationum ἀλλεπάλληλα mihi suppleanda sunt, nisi Martinius velit damnum facere, et ita ad me de singulis quotidie ubi haec vero omnia manare — arbitrentur non facient, ita aliud tamen facit. Biennium jam fuit quod deo prela e nostro typographio ad juniorem Rittershusium Lubecam translata fuerint (quum et ipse hanc artem tractare velit. Incidunt tamen in illum imperitum et minus profecto et minus aptum ad gubernanda opera et nostrum senem quem Marnius praefecit (quis fidelissime et diligentissime omnia administrat, varie lites, dum quicquid ille corrumpit et peccat in nostrum transfert. et alias etiam subinde rationes reddi sibi a Marnio voluit et hereditatem prof. prorsus dividi. adeo ut aliquoties officina claudi debuerit, quum alias inter has occupationes ad calculos sedere nequeam. Unde necessario forte mihi de alia conditione cogitandum Nec tamen ullum praeoptatem quam de qua scribit. Fuit enim mihi in votis; et id non occultavi profecto apud alios, quemadm. vetam mihi fore, si Deus me aliquando Hebraeum transferre velit, ubi Philologia (quae Dea in patria mea, heu exulat et premit) suam sedem fixit. Jane probate, ita cogitarem bene Deus vobis tenuia mea officiola, ut videretis me idoneum hactenus ne ingratus mori aliquando viderer. Unum e quod considerandum vobis relinquo, nec audax fuga nec facundus, quem vidi et Rittershusio duce scilicet audendum videat. Sed doctrinae traditione alia apud me copia, quamvis vobis magnis doctoribus de ea conservanda aliquando minime desperare possim. Caeterum molestus tibi fui satis, plus aggressus idem Rittershusium meum vale aio salve mi simplex tu et uxore ac Patrone dilecte. Hanoviae 10 Sept. T. Amplitud. devotissimus

Hs. 987

II (7A21)

Brief van Martinus Ruarus aan Joannes Kirchmannus

(57) Carta deperdita. p. 262.

Satis tu quidem benigne, Cl.^me Dn. Kirchmanne, qui literas meas vix à te legi dignas, tantorum virorum ipsiusq. doctissimi principis oculis subjicis: quod quamvis tenuitatis meæ consciis agre fuerim admissurus; si vetare possim, nunc tamen, postquam factum est, in honorem meum interpretor, tuiq. vim amoris agnosco, qui secus à aliorum judicii, tui oblitus, me quasi per vitrum intueris, adeoq. vero tibi majorem fingis. Sed tu cogita, quomodo facium excuses: ego quidem hoc pretio sæpius ejusmodi tibi gloriolas vendere vellem, nisi modestia mihi legem aliam ferret. Unum tamen memorare non omittam spectaculum Anhaltzbachii præterito mense, cum Joachimus Ernestus Marchio Sophiaq. Solmensis comes, pulchrum sine exemplo par, ludicra facerent præter acroamata vulgaria publicæ festivitati solemniter exhibita; in quo sequar narrationem amici cujusdam mei, qui spectator interfuit, fidelem magis quam doctam, ut è vestigio patebit. Certamen fuit δοκάσιμον, quod æmulare fere vocant, id ipse Marchio satis splendide obivit. Præter ministros scitatos et δορυφόρους, tympanotribas, cornicines, tibicines, fidicines Lydiorumq. gregem illum procedebat Mercurius ante, ambitio, mox equitabant, tres augustâ formâ heroës Achilles Hector et Ajax, quorum personam sumpserant Marchio, Christianus Anhaltinus, et Comes Solmensis. Sequebatur Hercules, catenatum dicens Cerberum, qui flammas oblictando vomebat. Hinc cursu cum omnis generis armis Mars, somnum capiens provehebatur, cujus vestigia virgo pax, multum diversis moribus pedes legens olea ramum manu prætendebat. Arioni quoq. delphinus aquis innatans tergum substraverat, qui tum certe non minus caveæ, quam olim maris circumfusos populos barbiti dulcedine in admirationem suspendebat. Crederes æmulatione Phœbum pugnam post Marsyæ fatum desitam, majoribus animis redintegrare; ita pone vectus equo, sonos testudinis varios artificio miro ciebat; ac nescio, an non diffisus dubio victoriæ eventui Sorores in auxilium vocaverit. Parnassus enim ἀνθρωπόπ, quantum apparebat totum illum chorum Musarum adduxerat; quæ juxta Hippocrenen accubantes, cum exsilientium undarum crepitu numeros suos exquisitâ symphonia confundebant. Jam cursus ab oloribus trahebatur, in quo Venus dormiens Cupidinem manu cor diabus transfixum jaculis ostentabat. Præcedebant vero Charites in equis, habitu partim candido partim viridi: à tergo mulier cum face cupidinem, ut ajebant, à, missum quæritabat: hanc Bacchus Ceresq. denique Juno Dianaq. secuta, pompæ celebritatem claudebant. Ter ita lustrato circo, mons

alius à læva se parte diduxit, in eoq3 consistens Jupiter nubilco pilo fulmen excussit, juxtaq3 lusipdo artifices ignes in Martem immisit, unde conterritus, secuto simul torrenti crassioris (martarium indigitant) ictu somnium oculis penitus abstersit. paulo post cum Venus illac praterveheretur Cupido arte intorto telo cor, quod mater manu gestabat, inflammavit, ex quo statim evigilans natum ad se in curruum recepit. Julii vero Wirtembergii, sui ducis apparatus una trium rotarium curru, quem equi alati à singulis anni partibus denominati trahebant, visendus erat: de cætero nihil insigne pra se tulit, ut nec Baronis Waldstenii legati Cæsarei, nec Oettingensis comitis. Marchio Durlachius comites suos ad Æthiopum similitudinem colore nostri infecerat; inter quos unus incassum totus, proverbii fidem astruebat. Franciscus Griesingensis comes, quem suo nomine Austria Archidux Leopoldus adesse jusserat, venatorio cultu, pulcherrimam scenam explicuerat, in qua Diana cum Nymphis aliquot, Faunis item Satyrisq3 spectaculi novitate facile animos incenderat. Historiam habes: nunc aperam proabe. De comitiorum loco incertus rumor nunc Ratisbonam inclinat, nunc Norimbergam; qua spes Varenholtium meum retinuit hactenus, ne cum aliis quos Alsatia contages expulit longius quam hic ad Asylum confugeret: cui non difficulter consensi, quod eo modo temporis aliquod lucrum mihi prorogari possit, cui alias propria quadra jam efluriendum esset. Ne quid enim te celem, mi Domine, videtur mihi Varenholtius, quamprimum his ex locis discesserit, id quod adulto vere certo fiet, bonis literis remissurus nuncium, seq3 potius applicaturus, tum ad choreas exoticas, equorum agitationem, pugilatum, aliasq3 exercitia gymnastica, tum ad linguas fortassis Gallicæ studium: in quo cum opera mea parum illi prodesse queat, futurum metuo, ut ab ipso dimittar; quamvis nec mihi dixerit istud hactenus, et te meminisse, cum ad illum scripseris, prorsus nolim. Sed de illo, quod futurum impendet videat, quid de crastino nos sollicitos esse vetuit, in quo mea spes acquiescit: interim presentia lætus capiam, quia nunc se dant aliquanto feliciùs, postquam remittere visa lues ad stationem nos pristinam consuetasq3 studiorum operas, à quibus per sex dierum hebdomadas abfuimus, tandem revocat. Quamvis equidem non sine victima nostra pacem hanc è cælis impetra, vimus, quoniam proximo tempore, morbi tamen alio genere, quam ex dextrico, sublati fuerunt è vivis amicissimi Rittershusii filiola nondum tri-

nostris et excellentissimus Ernestus Sonerus professor, cui viro, sicut fasus publice fuit magnificus D. Picardus, cum suus indiceret, in illa sublimiori philosophia parem Germania vix habet, majorem non inveniet. pene etiam ipsi nostro Rittershusio morbus recidivus aliquid triste nuper minatus fuerat, quod tamen Deus clementer avertit ne dicam, an distu, lit? utinam in aerem male dissipentur omina! is dedit publico nuper conjecturarum reliquias in panegyricos veteres, quas fortasis ut existi, mo tibi jam transmisit. Caeterum quod libros hinc nonnullos proximis tuis literis petiveras: mallem Francofurtenses indices ipse percurrere, et si quid inveneris, quod istic haberi commode non possit, nominatim adne perscribas, ne perdam officium judicii temeritate, ea nimirum mittendo quae tibi fortasis palato minus sapiant. Et vides alias, quam steriles bonarum rerum sint Typographi circumquaq; nobis vicini. Norimbergen, les vix toto semestri unum Aeneri itinerarium prodierunt, quod mittam fortasis ad te nundinis Lipsensibus brumalibus, si probari doctoribus nostris prius animadvertero: unus Schonfeldius Ambergensis hujus provinciae laudem sustinere videtur, et in illo praecipue genere lationis Musa cum panicis triumphat. Varenholtius tibi plu, rimam salutem nunciat. Tu quaeso meis verbis cum commodum erit Cl.mo viro Dn. Theodoro Bussio, cujus literis respondebo, quam pri, mum Altorfium reversus his incerta vitae tumultibus exsolvar. Vale, columen Studiorum meorum. Norimbergae, a. d. VII. Eid. novembris anno aerae Dionys. CIↃ IↃC XII.

Tuus ex asse.

Mart. Ruarus, Hols.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK UTRECHT
4093 1127